terminabunt. De omnibus etiam judicijs ibi
Gulteti et eorum utriusq; heres posteri, ta
presentim graui formini gravi veria parte
presumentur nobis duabus semper quintis
partibus. sui sac etiam farreditati nostra.
dictis nris Gultetis et ipsorum posteris
taberna de media, et molendinum medium
Cubeus contradimus precepto possidere me.
diam partem molendini qua reparare debent

per se vel alium Magistrum coitt congregum
et ffonestum, Catervum omnes Jurola vniss
Villa Cingulorum annorum octo proto vsq;
ad festum beati Martini de quolibet
manso solvent pro debito censuali, Cumq;
census quinq; partes nobis cedent, pars aut
sexta ad expensato Consulatus eorumq;
posteros nre hereditario devolvetur, alia
servitia, vt pote honores et utilitates, nec
non legationes quascumq; et alii fidelitatis
Consulatus nobis ipsi et posteri ipsorum teneb
adimplere, etiam volumus quod ad expedi-
tionem galeam quae civitatem tangit, vna
Consulatus personalis, una cum aliis nris
Consulatibus venire non postponet, Dein ant
dictum festum, seu in anno disponenda
absq; cuo nuncio nedicare non presumat
Hanc autem Consulatum nram Concedimus
ipsis, et ipsorum utriusq; sexus posteris
tam masculini q; feminini generis, vendendi
commutandi, donandi, de consensu tamen nro
alienandi qualitercumq; modo, et nr aliquis
ni posterum supra dicta possit infringere
nos hanc paginam sigilli nri Communis
munimine duximus corroborandam Quibus
fris Comite Martino Judice nro de Begzdna
et filio suo Nicolao, et alio pelegra Comite
Jasone Cubtsa, Comite Crontosao germano
panli de Gampotek Kernino Cive Jamssio
dicto Zanchatz, de antigua Civitate Candr.
Discreto viro Isaac de podgroge et alis
quam plurimis fide dignis Actum anno
domini Millesimo trecentesimo decimo septi
nfra octavas beatorum petri et panli
Apostolorum, Datum per manus fratris

Floriani procuratoris nri. q̃ namobrem nos
Sigismundus Augustus Rex p̃nominatus hmõi
p̃dicta & p̃ntibus inserta ni omnibus earum
p̃mctis, clausulis et articulis confirmamus
approbamus vniꝑ et robur debita firmitatis
cũb habere volumus. In cuius rei fidem &c.
Datum Lublini die duodecima mensis Junij.
Anno domini 1569. Regni nri 40.
Franciscus Cuassinski
Vice Cancellarius &c. Rõi eiusdem.

Inscriptio summae 400 flor.ũ per consules
Biecen. R.do Martino Cromero.

Sigismundus Augustus etc. Significamus &c.
quod comparentes personaliter coram nobis
famati Gabriel Tramberghi et Sebastianus Gla-
diator Cives et Consules Bicen, tanqꝫ plenip.
potentes famatorum praetorsulis. Consulum
totiusqꝫ Communitatis eiusdem Civitatis Biecz
quam plenipotentiam coram nobis authentice
sub sigillo consulari Biecen. commonstrarunt,
Recepisse a terris, districtibus, jurisdictionibus
suis quibuscunq̃ propriis et pertinentijs jurisdictionu
nec non ad arcem p̃dictam incorporan et
subiecten palatum libere et per expressum
resignarunt, quia à Venerabili Martino
Cromero, iuris utriusqꝫ et Theologiae Doctore
Canonico Cracov et Secretario nostro, antea per
famatos p̃fatum Gabrielem Tramberghi, Mar-
tinum Tramatarium Consules, Florianum
Pellionem, Martinum Faedo Cives Biecenses.
accepisse mutuo florenos quadringentos mo-
netae et monetae Regni pro instauratione p̃tor
et adiunctis ei turris in medio Civitatis nre

nuper fortuita ruina collapsæ. Qui quidem
Venlus Martinus Cromer dulcis patriæ ſuæ
caſum miſeratus, non ſolum hoc eam ſubſidio
relevat, verum etiam commutatione benigni-
tate ſua et beneficio eam proſequitur et
incrementi ornamentorum nup cius etiam in
poſterum habet curam, Nam de ſolutione cius
premia cum eiſdem Civibus Berten con-
ſtituit ni hmc qui ſequitur modum: Vide-
licet annis deinceps continuentibus
ad externationem ipſi Conſules et poſteri
eorundem exhauant de publico erario et
proventibus Civitatis Cxiguis annis
Lxiguis ſeptem florenorum Statutis tempori-
bus et ratis dnabus, Nempe dimidiam
hor eſt florenos tredecim, cum medio ad
natalem Chriſti. Reliquum tantundem
ad feſtum Sancti Vitti ſolvendo, idq pro
ſuſtentatione duorum adoleſcentum è
Civitate ista Berten in Academia Crac.
bonis literis et ſtudiis doctrina opera
nanantium ſuis nanatuorum ſecundum
piam diſpoſitionem et ordinationem. cuiſq
Martini Cromeri, cum conſenſu Conſu-
latus Berten apud acta Venlis Martini
Szdbienski Vicarij ni Spiritualibus Cons.
anno Dni 1 5.6.9 die decima Septima
Maij facta. qui quidem Conſules, prima
ſolutionem ut ſupra ad proximum Venlem
Natalem feſtum Chriſti anni hmc, eorundq
Conſulum et Civitatis Berten impenſis a
premiam ſemper Crac. ad manus Cura-
torum Scholaſtica Bursarie ad eiſdem
modi usum deputatos, et Rectoris Vniuerſi
tatis repreſentabunt, vel poſteri eorum Civitatis

prafatæ deportabunt sub pœna totius supramemo-
rata summæ cum additamento alterius æqualis
summæ, seu ulla prorsus trasgressione &
exceptione solvendo et reponendo, quod si aut
ni mora solvendo pro aliqua rata idem ipsi
Consules aut eorum successores fuerint, aut de-
cretioni et ordinationi eisdem Martini Cro-
nesi ni aliqno puncto non satisfecerint, ipsis
eidem Martino Cronnes Creatoribusq; pro
tempore futuris et Academiæ supradictæ
sine ulla exceptione nitronissionem vide-
et actualem possessionem, ni dealbatorium
et molendinum cum suis emolumentis aliisq;
omnes pertinentes eidem Civitatis nræ Berun.
Qui inscriptionem suam cum consensu nro inscript.
et obligat dare et admittere eamq; non præpedire
sub pœna supramemorata per eosdem Consules
et eorum Successores dictis Actoribus totius
summæ cum additamento alterius æqualis
summæ se obligarunt, plenariam persolutionem
et satisfactionem etiam ad primam citatio-
nem totiens quotiens opus fuerit subeundam
quam quidem inscriptionem et recognitionem
nos ratam et gratam habentes in omnibus
punctis, clausulis et articulis, approban, ra-
tificam et confirman duximus, prout appro-
bamus, ratificamus et confirmamus præ-
sentibus. Decernen eam et omnia in ea
contenta robur debitæ firmitatis obtinere
debere. In cuius rei fidem etc. Datum
Lublini die quatuordecima mensis Junij
Anno domini 1569. Regni vero nri 40.

Franciscus Crassinski.

R. p. Vicecancellarius. Et eiusdem

Aduitalitas Petri Czermikowski, super
Aduocatiam in oppido Riczywol

Sigismundus Augustus etc. Significamus etc
Quia nos ad nitorem ipsorum civitatum

Consiliariorum nomine pro Nobili petro Gre
niowski Cubiculario nro ad nos facta be
nigne animum, rationemq habentes illius
meritorum, quæ nobis ab ineunte etate
sua cum diligentia præstitit, indies
magis ac magis præstare non desistit,
volentesq eundem ad servitia eiusmodi
nra alacriorem et promptiorem reddere
ipsi ex gratia et benignitate nra Regia
consensum nostrum exènem Adnoratiam
ni oppido nro Rzgiwol consistèn de
manibus Curiæ nrorum, Nobilis olim Nicolai
Brzozowski emptã Adnoratia ultimi et
mediati possessoris, aliorumq omnium
jus et interesse ad eandem Adnoratiã
se habere pretãn, quorum nomina etc,
quorum hic pro expressis habere volumus
omnia præmissa in literis originalibus
inde et legitime inscripta ea minime
aucta et expressa damus et concedimus Quibus
eamquidem Adnoratiam idem ipse
Petrus Gremikowski, una cum omnibus
utilitatibus, proventibus, fructibus et
pertinentiis universis ad eandem
Adnoratiam ex antiquo pertinen, possi-
per eundem exempta fuerit ad externa
Lites sua tempora tenebit, possidebit et
obtinebit. promittentes pro nobis et
Curiæ nrorum successoribus nris nomi-
nib, aut successores nros, Subditorum
nostrorum, omnisq status dignitatis
et præeminentiæ fuerint, eandem Adno-
ratiam de manibus dicti petri Grem-
kowski eximendi potestatem datur nos
Sed neq nos ipsos aut successores nros
pro mensa fisco, cognina, aut alia quam

ma et Reipublice necessitate redempturos
Verum eundem quoad vixerit in possessio
dnoratiue Pfate conservatuos, Ratione
cuius quidem Adnitalitatis ipse Germikowski
nobis et Reipub: Regni mi grauiam partem
Summe Cuperet cadem dnoratia inscripture,
misit et remandauit, Sublato vero Nominato
Nobili petro Germikowski ex hac vita, non
primo ad nos aut Successores nros possessio
dnoratiue Pdicte redibit et devolvetur.
Donec Successoribus illius Summa in
literis originalibus inscripti et legitime inscripta
detracta tamen et defalcata gravata parte Summe
nobis et Reipub: condonata et remissa, persoluta
et numerata fuerit, Juribus aliis nris et
Reipub: semper salvis permanentibus. In
cuius rei fidem etc. Datum Lublini in
Comentu Regni quinto die Octaua mensis
Junij Anno domini vt supra.
Sigismundus Augustus
manu ppria.

Aduitalitas Generosi Joannis Olieski de Ostrowite super villas Brunaw Trusenorth &c.

Sigismundus Augustus etc. Significamus etc.
Quod nos habentes rationem obsequiorum fide-
lium Generosi Joannis Olieski de Ostrowite
fidelis et Dapiferi nri que nobis a multis
annis prestat, volentesq; ipsum liberalitate
nra Regia ad ulteriora hujusmodi obsequia
nobis prestanda reddere alacriorem, eidem villas
nras Brunam Thurgenorth et Jemnikendorff
ad Arcem nram Marienburgen ex antiquo
pertan quas hactenus proconsules et Con-
sules Civitatis nre Gedanen nidebitis posse-
derunt, dandas, donandas et conferendas

Ne duximus, quemadmodum pretibus damus
donamus, confirmamus, cum omni iure, do-
minio et proprietate, inferiori maioribus
et inferioribus, agris, pratis, pascuis silvis
cacuminibus, venationes, piscationes lacubus fluvi-
minibus et riuis molendinis ventilibus
et aquatilibus, omni denique piscatione atq;
redditibus et emolumentis omnibus ad-
quibus ad bona illa spectantibus quocunq;
sunt vel humana industria excogitari
quomodo modo poterunt, tam longe, lateq;
circumferencialiter, teneri, haberi, possideri
et in suos beneplacitos usus convertere
prout antiquitus limitibus suis sunt
distincta et facternus a Gedanensibus or-
dinate. quas idem Joannes tenebit, ha-
bebit, possidebit. utetur, fruetur et in suos
beneplacitos usus convertet, usq; ad vite
sue extrema tempora. Salua tamen
quarta parte constitutione publica in
usum Reipub: Regni nri reservata, quam
ipse et quicquid predictum ex constitutio-
nibus Regni ad Rempub: pertinere vi-
debitur singulis annis ex omnibus do-
rium bonorum redditibus et proventibus
dare et pendere tenebitur. post mortem
vero illius ad nos vel successores nros
supramemorata bona plene iure
redibunt. Jnsuper nos Regis per omnia
salvo, stante vigore literarum et
Datum Lublini in Conventione Regni
generali die Sabbatina nouissime proxime Anno
Domini millesimo quingentesimo, Sexa-
gesimo nono. Regni nri quadragesimo
Sigismundi Augusti
Ac.

Dozywoczie Jakuba Hulkiewicza Proto: popa Kiiowskic° i sijna iego Bohuscha.

Sigmundt Augustb z Bozri lasli. Kuol polsti etc'.
Oznaimuiemij wssem ktorijm to wiadczig na.
lezij tijm listem nassijm. Jż. iakoż my przez
hillkiem lat Jakuba Hulkiewicza protopopa
Kiiowskic° i Sijna iego Bohussa zachowali
do zijwota obudwu przij dzierzaniu kosgiola
Troia, i Lawra w miessci nassijm Kiiowsk
i wssech przijlegloszi, ktore zdawna do tego
kosgiola nalezą, nagoszmij gim list nasz
reką nassą wlasną podpissanij, pod pecżęcią
wielkic° xięstwa Litewskic°. dali, tak teraz
gdi xięstwo Kiiowskie do Coronij nassrei
polskiei do ktorei zawsze należało przez
nasz iest przijwroczono, prosżił nasz prze:
rzeczonij Jakub Hulkiewicz protopop Kiiow.
ski z sijnem swoijm, abijsmij prawo ich
pogwierdzili, a przij dzierzaniu kosgiola nij
żei opissanego, w ktorei vżijwaniu spo:
kojnem do tego zaszu sta, poki zijwi bendą
zachowag roskazali. Mij tedy bagacz vż3
bijg słuszną, abij poddani nassij, ktoreśmij
Coronie nassrei przijwrocili, nie mniei soim
niż przedtijm laski nasse ku sobie znali,
Kterni na przijszijsze niektorijch panow Rad
nassijch Coronnijch za nimi vżijmową prawo
wijżrei napissanego Jakuba protopopa, na
dzierzaw kosgiola przerzeczonego, przez
nasz ciemi: potomi iego Bohussowi dane
pozwieradzaiemy, iakoż i pogwierdzamy:
tijm listem nassijm, i obudwu w tei dzie.
rzawie zo wssem iako starodawna w sobie

239

iest gale zachowiwanij poki zyiwi bendą, Gdy
ku wiadomości Wielmoznego Constantina
Xiązęcia Ostrogskiego, Woiewody naszego K:
iowskiego, Marszałka ziemie Wolinskiej i
Starosty Włodzimirskiego, i napotym ben:
dących Woiewod Kijowskich przyiwodziemy
Roskazuiąc, ażeby obudwu oiga Gabiem
wiszej opisanych z tego kosztu poki
żyiwi będą nie exigali, anigo z ich wła:
dzi i sprawij nie wimowali. Ku któremu
rzeczy mocy i Wiadectwu, pieczęć
naszą Coronną ten list roskazaliśmy
zapieczętować. Dan w Lublinie na Gro:
dzie walnym Coronnym dnia XVI mie:
siąca Grudnia - Roku Bożego 1569.
Krolowania naszego 4to.

Ad Mandatum Serenissimi Regis
Stanisl Carli

Sigismundus Augustus etc. Significamus etc.
Expositum esse nobis per querelam nomine
Communitatis Civium oppidi nri Grandentzen
Nonnullos nicolaum Civitatis nrae Grandentzen
in eam emam omni studio incumbere ad
literas indultorum et rescriptorum nrorum
esse cum omnibus rebus et bonis suis ab
omnibus officiis et oneribus Civilibus, ho
etiam ordinaria iurisdictione Civili exi:
mant ac liberos faciant, Inter alia Gun
gundam Joannem Leichfandt libertate
gnandam per literas suas nuperrimi obtin,
tas sibi vendicare, qua gravius onera nostro

Superioritatem Ciuilem ferre, versetur. Quod quia
cum Constitutionibus terrarum Prussiæ, tum
ipsi æquitati est contrarium, et seminarium
esse solet litium et discordiarum, necnon ordi-
nem ristantiarum in terris illis semper obser-
natum turbat atque dissipet. Decernendum esse
duximus procul dubio decernimus Scultetis omnes
et singulos eiusque nominis Nicolaos Essati
oppidani, iurisdictioni Ciuili cum personis et
rebus omnibus suis mobilibus et immobilibus
omniaque ni se recipere debere officia et onera
ratione personarum et bonorum qualitercunque
more aliorum Ciuium ex commitate, Ex-
ceptis iis qui ratione officiorum suorum
ab oneribus, quæ Vulgo Schatzwarki nun-
cupantur, et Vigiliis publicis mixta plebi
cætum Ciuitatis eiusdem sunt immunes. Lite-
ras igitur omnes indultorum nostrorum Ci-
uica ex Cancellaria nra emanatæ sint, aut
in posterum extradentur eiusmodi Ecclesiæ
libertatem in se continentes, nominatim
autem præfati Joannis Geighardt hisce omnino
rescindimus annihilamus et abrogamus in
eum. Mandamus itaque Vobis fornatis
proconsuli et Consulibus Ciuitatis nræ
Graudentinæ, Vt ex officiis vestris fir-
me permittant Joannem libertatibus com-
munibus, communique Civibus ratione sui
cupientem, esse vel ab oneribus vel inquisi-
tione Ciuili qualibuscunque literis et indultis
nris regiis eximere, minimeque licebit facere
cui ex officio de more vestri non competit,
Imprimis autem præfatum Joannem Geighardt
et Jurisdictioni Ciuili et oneribus publicis
more aliorum Ciuium subjugat. Literis quas libus
cunque ex Cancellaria nra obtentis aut obtinen-
dis minime obstantibus. Pagina nra Datæ Dublini 18 Jun.

Confirmatio donationis horti in Suburbio Tissowiecch. Bart. Kobiermickÿ

Zygismundus Augustus etc. Significamus etc. Produxtus et exhibitus nobis esse literas papireas polonico sermone scriptas, Woÿ Nobilis Bartholomei Kobiermyckÿ, sub titulo et Sigillo Magci Stanislai Sobek a Cobiorow Castellani Sandecen Regni nri Thesaurarÿ ac Malogoscen. Thessowiecen, Capitanei Sigillog emo communitas, sanas, salueas et omni cuspicionis nota carens, donationem cuta area seu horti in Suburbio oppidi nri Thessowiecen consistens nisi continens. Supplicatumgz est nobis eiusdem Bartholomei Kobiermickÿ nomine, quatenus eandem literam omniag et singula in eis contenta et descripta, auctoritate nra Regia, approbare, confirmare et ratificare dignaremur. Quarum tenor de verbo ad Verbum Cognitus est talis. Stanislaw Sobek z Cobiorowa, Castellan Sandeczki, podskarbi Coronnÿ, Malogoszki Thessowieczki etc. Starosta, wszem wobecz i kazdemu, komu tego potrzeba wiedzecz a zwłaszcza Burmistrzowi i Radzie, woytom i Sanownikom miasteczka Thessowieckiego na ten czas dzierzawcÿ mowi, oznaymuiemy niniejszym listem. Ze maiąc zalecone Boze wsze służby Chrabrego Bartholomiewa Kobiermickiego, ktore zÿwil za slawnej pamięci nieboszczika pana Zigmunta Pierwszego, i wiernie boszczika pana Zubelskiego Starosti Thessowieckiego służąc zaś niemalÿ, Dalem i niniejszym damam, placz albo ogrod pusty naprzeciw mie- szkan Thessowieckim wedle panzy Draska z drugiej stronÿ od ostrowa woytowskiego

tak długo i szeroko, iako to tego oraźlia ogrod, należy
wekuom, i potomkom iego, zostawiwszy iednak smie-
szyć taki iako i z insszych ogrodow płaca. Na-
lepszey wiadomosci i swiadectwo do tego listu
pieczęć swoię przyłożyłem i ręką swą podpisałem
sie. Datum Varssawia die decima nouembris
Anno domini millesimo, quingentesimo, sexa-
gesimo sexto. Idem qui supra manu propria sc.
Nos itaq; Sigismundus Augustus Rex Quorum-
natus supplicationi vti iuste benigne annue-
privilegiales literas in omnibus et singulis earum
punctis, clausulis conditionibus et articulis, ap-
probare, confirmare et ratificare duximus, prout
approbamus, confirmamus, et ratificamus hisce
literis nris perpetuis temporibus. Decernen-
es et omnia in eis descripta, quantum de iure est
valere et robur debita ac perpetuae firmitatis
obtinere. In quorum omnium et singulorum fidem et.
Datum Lublini die decima octava mensis Junij
Anno domini 1569. Regni vero nri 40
Franciscus Cuassinski
Ref. Cancellarius mpt. Rtio missum

Libertatio Ciuibus Posnamen. igne damna passis

Sigismundus Augustus etc. Significamus etc.
Quia nos benignam ratione habentes cala-
mitatis Ciuium et incolarum extra muros Ciui-
tatis nostrae posnamen, praeripui vero eorum
qui anno praesenti, circiter horam quartam noctis
nitegri horologij die vigesima octaua mensis
Aprilis omnem rerum suarum mobilium ignis
tantam intrinsecus passi sunt, vt vrbi domus, vrbi
Villa Cuppellex domestica consumpserit, qua non
eo ipso incendio absumpta fit, magno damno

dispendio illorum. Volentesq; vt clarissima
ma aditi, lapsas fortunas suas recuperare
possint, videm Civibus et Incolis Civitatis
nre posnanien. damus licendio ignes passe
libertatem et immunitatem i dc licendii
ad decursum Septem annorum continui
et immediate se sequentium duraturam a
soluenda Contributione Gabell quomodocunq;
nistituta vel nistituenda seu landan, et
a podnodis. antiquisq; telonijs pro nobis vel
libet ni Regno nro prestari et solui solitis
et a ciuibus. Stationibusq; aliis Contri-
butionibus et oneribus nris mlis permitas
exclusis contulimus et concessimus. damusq;
concedimus et conferimus Ciuibus. Incolis
omnibus et singulis Dignitariis. Telonearibus
Exactoribus. presentm vero ni terra posnan
constituto Exactori, ac quibuscunq; officialibz
nris quorum nitores subditos nros
moderns et pro tempore existentibus, ad
quorum notitiam presentes peruenerint
mandamus omnino sabere Volen. Vt
dictos Jrolas Cmitahó nrá posnanien, in
ea ipsa libertate per nos ipsos gratiose con
firma ad tempus superscriptum, conseruent
et conseruari curent. nihilq; in contrarium
fieri absq; exigere vel committere presen
tant. nec ab aliis permittant pro gratia
nra. Jn cuius rei fidem etc. Datum Ve
blini in Consistorio Regni nri. Die Vigesima
mensis Junij. Anno domini 1560.
Regni nri 4to.

Fundatio oppidi Dalicsicz

In nomine domini amen Ad perpetuam rei
memoriam, Cum facta gestaq; humana gradatim

memorabilia emanserant, nisi litterarum apicibus
eternitati conservata non fuerint. proinde
nos Sigismundus Augustus dei gratia rex
poloniae etc. averoon terrarum Cuiae. etc. Notum
testatumq; facimus tenore praesentium ad
quos pertinet universis et singulis praesentes
et futuris harum notitiam habituris. quia de
certa scientia nra et assensu Senatorum nrorum
nigenti Comento Regni nri nobissem existentes
Leuuen ni Christo patri domino philippo pa:
dniensi dei gratia Episcopo, cum suo Capitulo
Cuiae. consensum et admissionem duximus, consen:
timus et admittimus praetibus litteris nostris
ut possit ni villa, fundoq; suo et Capitulissui
haereditario Dalhessigi dicto, ni terra San:
dominen et districtu Cheregineu consistens.
oppidum Dalhessigi cognominari tenaniss:
dare et erigere perpetuis temporibus dmna:
tur, Et ut forepsum oppidum Dalhessigi
certius gubernetur: fratribusq; nicuemuitu
Emnat, contradimus et transferimus vi pri
Thentonicum quod Maidenburgen Dioceseos
iamq; examus oppidum ipsum et eius Incolas
mnes et inhabitantes existentes de nice polonico
eximimus, nicq; Theutonico nicorporamus
et adscribimus exemptos et perpetuo liberan:
tes dictum oppidum Dalhessigi et eius de
Incolas praetes et factores ab omni inuisdictione
communi Regni nre, palatinorum, Castellanorum
Capitaneorum, Judicum Subinidicum et quibusvis
officialium et Ministerialium eorundem, ita
quod coram ipsis, aut aliquo ipsorum pro causis
tam parnis q magnis, quae fuerint, inuidi
Sanguinis homicidij: membrorum mutilationis
et quibusvis aliis enormibus excessibus
Citati minime respondebunt; nec aliquas
poenas soluere teneantur astricti, sed coram

Quadruorato Adroatus autem coram Domino
suo et eius legitimis successoribus, non aliter
quam in uno suo Ventomiro de se guerentibus
respondere teneatur, praterea ut sepissepe
oppidum Salicis ad melioren statum
et conditionem reducatur statuimus et ui-
dimus ut in tua fora duo annalia et bina
Septimanalia, Annalia scilicet Omnium pro
festo Sanctorum Philippi et Jacobi Apostolo-
rum, et Alterum pro festo Sancti Michaelis
Archangeli singulis annis - Septimanalia quo
libet feria tertia singulis Septimanis
citra tamen aliarum Civitatum et oppido
rum vicinia circumquaque existentium
et detrimentum. Volumus ac et decernimus
ut omnes et singuli homines cuius cuiusque
conditionis status dignitatis, conditionis offi
et preeminentia fuerint, ad sepissepe oppidum
Salicis pro foris predicta causa commer-
candi, res pro rebus et numero pro nume-
ribus commutandi, et alia negotiationes fa
cerendi, venire possint et valeant, dum
taxat in accedendo et redeundo nostra
et successorum nostrorum Civitatis et libera-
tate potiantur et gaudeant, nisi tales sint
quos iura et leges fori non permittant
et quibus probarum hominum consortia ne-
cesse sint denegarda, insuper ut predictorum
civium et finitimi coadunati et maior populi
multitudo conveniat, dedimus et concessi-
mus, damusque et concedimus presentibus liber
nis omnibus simulis eiusdem oppidi liber-
tatem hinc ad decursum Cedrini amnis
ab omnibus exactionibus civilibus pro
una Reipublicae necessitate laudat.
Vel laudan, ut non a forensibus aliarum
Civitatum et oppidorum nostrorum, Conservan

duximus, prout confirmamus predictos jurolas oppidi Pstati Dalessigr in suis libertatibus & immunitatibus quibus omnes alii Subditi vrbis et Epatus Cur abantigno gaudent et potiũtr. Decernentes et declarantes prout decernimus et declaramus eos a solvendis thelonijs & aliis quibuscunq Vectigalibus rerum quarumcũq. tam et talis esse liberos et exemptos, ad solutionem illorum faciendam, qui non debeant nec possint quod Universis et singulis nostris cuiuscũq status, dignitatis vel officij fuerint presentibus vero Exactoribus Contributionum tocius Candelmarien. moderno et pro tempore existentibus demandamus, mandantes, Ne predictos oppidanos in ea libertate ad tempus presentem consuetã manu tenere, alijsq. conservari et manu teneri faciatis, sed in testimonio Literarum etc. Datum Zublini in Conventu regni nri generali feria Quinta ante festum Sancti Joannis Baptistæ proxima. Anno domini 1569. Regni vero nri 40 presentibus etc

Franciscus Crassinski
Rex Poloniarum manu propria

Rho emisedny

Melioratio thelonei pontalis oppidi Srzemensis.

In Nomine domine amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Sigismundus Augustus etc. Recognoscimus tenore presentium etc. Significamus et. Quia cum Universi Subditi nri et jurolae Regni, literas, jura, et privilegia, de et super exactionibus thelonearum pontalium in Con. uentu Varssoviensi proxime proxito, tandem

coram Remissoribus meis vigore dicti Commissus
ad veniden eiusmodi aggeralia et pontalia, deinde
Deus et ni Lublinen Comment Scribe deputatus
mihi ad negotium scripsum à nobis designatus
de mandato meo speciali exhibebant et exponebant, Oppidani tum quoq; nri Cyzrenses
exposuerunt, concessas quidem eis et eorum
oppido esse literas, per Regem olim Vladislaum et Cubijnde per dnos Cazimirum
et Joannem Albertum Reges polonie pre-
decessores meos, datamq; esse facultatem
construendi pontes ni flumo Warthe, ac
theloneum ratione extentionis ipsorum pon-
tiu iuxta antiquam consuetudinem exi-
gendi, non tamen ni eisdem literis concessi
theloneum fuisse descriptum et declarat
quomodo et quantum theloneu, et à quibus
rebus et rebus exigi et recipi deberet
Deinde per Dnum olim Regis[mundum] de
Regem parentem nunc desideratissimum
ad petitionem eorundem oppidanorum
Cyzren, tum ad relationem quoq; Com
missariorum eorundem per parentem no
strum ad examinandos testes idoneos
medio ipsorum corporali iuramento, de
putatos, novam ordinationem et declarati-
onem ac modum exigendi et recipiendi
huiusmodi theloneu pontalis per quatuor
denariorum propterea quod magnas et sum
ptuosas impensas in reparatione et instau-
ratione pontium et aggerum circumiacen
dictum oppidum Cyzrense facere cognoscat
constitutum et prescriptum, cum additione
et melioratione duorum denariorum super
numeratorum, per nos confirmatum et ap-
probatum esse, quod vigore dicti oppidani
Cyzrenses theloneum huiusmodi pontalis

ratione constructionis pontium et aggerum, ab
uno quoq; eorum usque Odone negotiatorum
et Mercatorum per Ex denarios seu nummos,
recipere et exigere temporibus perpetuis tenuerit
et debebant. Cum vero idem ipsi Remissores
et Deputati nri, nonnulliq; Consiliarii nri qui
Comitem Zublinen congregati nobis retulerunt
eosdem oppidanos Exemen multos aggeres et
pontes, tum et Strata publica, circumcirca hoc
ipsum oppidum Exem ni flumio Wartha, et
ni alios locos paludinosos ni via publica, pro-
priis laboribus, sumptibus et impensis con-
struere et reparare, Supplicaremusq; nobis recti
Consiliarij nri pro eisdem oppidanis Exemen-
sibus nixta literas earumodi a predecessoribus
nris eisdem Super theloneum Supradictum
concessas, et a nobis ipsis confirmatas, eos
conservare, circaq; eandem ordinationem
et declarationem ac modum solutionis hmisodi
theloni a Dinoparente nro constitutum et pre-
scriptum relinquere dignaremur. Nos ipsorum
Supplicationibus benigne annuen, volentesq;
de ipsis theloneo pontalib; exactione et pontiu
et aggerum reparatione qua fertur esse difficilib;
et magno sumptu et labore, non tam propter illo-
rum, quam propter nram et Reipublice. Ne-
gotiatorumq; et Viatorum ac aliorum Incol-
torum nrorum utilitatem, qui ne ad nrodem
ex relatione nonnullorum Consiliariorum
nrorum plani edocti sumus, indigere facilioni
et comodiori ratione prospicere, predictos op-
pidanos nros Exemen in labore et impensa
quam in reparandis pontibus, aggeribus, viis
et locis publicis debebunt et erunt obligati, qua-
tenus relevare cupientes, Eosdem oppidanos
nros Exemenses in theloneo Supra expresso
ab Intercessoribus nris eisdem dato et concesso,
de certa scientia et voluntate nra Regia ac
de assensu omnium ordinum et Consiliariorum

rorum, tum et Nundinorum terrestrium, con
servari et relinqui esse duximus, conserva-
musq; et relinquimus harum serie literarum
quòd videlicet teloneum hujusmodi pontis
rationes constructionis, pontium et aggerum
tum, et Stratarum publicarum oppidi Gry-
nensis tum quoq; cursum ejus negotiato-
rum et Mercatorum, ac etiam à quolibet
bove per oppidum Grynense versus Silesiam
pulso per Ex denarios. De porco vero
et ove quolibet per tres denarios tempori-
bus perpetuis percipient et exigent, prout
ab antiquis temporibus recipere et exigere
solebant, Ultra vero ipsos Ex denarios
Theloneij Pfati, ratione cujusmodi impensarum
et laborum quos in dicto ipsimet circa in
reparanda strata Pfata, cum ob lignorum et
roborum caristiam, tum et reparationis dif-
ficultatem maiores præstare cognovi-
mus etiam illos et meliorauimus
tres denarios pro nummo à quolibet
equo et bove mercatorum et negotiatorum
exigendos et recipiendos ratione Theloneij
eiusdem tollendos et percipiendos Gerundis
nixa et consuetudines Theloneorum in Regno
meo existentium, quos tres denarios pro
nummo, cum Ex denariis ab antecessori-
bus meis datis, simul inserti, ipsi
oppidani Grynenses perpetuis percipi-
ent. In cujus rei fidem etc. Datum Lublini
in Conventu Regni generali Die Vigesima
prima mensis Junij Anno Domini 1569
Regni vero mei Anno 4o
Sigismundus Augustus
Rex Pol.

Quietatio Generosi Joannis Sicinienski de 1300 florenis per Epum Crac. fact.

Sigismundus Augustus etc. Significamus &c. Quod comparens personaliter coram nobis R. Deo ni Christo pater dominus Philippus. Padniewski Epus Cracovien., renuncians a tenuis, districtibus et ab omni iurisditione sua propria, et finibus, iurisdictioni nre quoad infrascriptam recognitio, nem quietationis nre exporan et subjicien. libere palam et per expressum recognovit. quia à Generoso Joanne Sicinienski de Sicinno, Castellano Zarnowien., Summam mille et trecentorum florenorum pecunia Regni nri, pro libet florenos. per tres grossos computan., quam si et quos ipsos grossos eidem nexta inscriptionem coram nobis facta per prefatum dnm Joannem Baptistam procuratorem suum generalem ad acta Castren capitaneal. realia Nova Civitatis Korzin solutam et re; positam inscripsit. et obligavit. realiter rei; pit et in effectu tenuit: De qua Summa mille et trecentorum florenorum Grossorum eidem Egnus Epus Crac. eundem Grossum Joannem Sicinienski, Castellanum Zarnowien. quietat ac penitus pro recognitione meritorum liberum facit. Quam quidem recognitionem eam in omnibus punctis, articulis et conditionibus approbamus et confirmamus Quibus, Decernen ipsam robur debitae firmitatis obtinere Debere, non secus ac si coram acta Castren. Capitaneal. Nova Civitatis Korzin facta esset. In cuius rei fidem etc Datum Zublini in Conventu Regni generali Die Vigesima Secunda mensis Junij. Anno dom 1669

Regni vero nro 40.

Franciscus Cuiavinsis
Kp. Vicecancellarius

Rto eiusdem.

Arenda bonorū infra specificatorum ad Præpositura Gnesnen spectañ Gnos Lucæ Pierschlinski

Sigismundus Augustus etc. Significamus etc. Quod constitutis personaliter coram nobis, Generosus Stanislaus Miloszewski, Senator Belzen etc. Secretarius noster, tanq; plenipotens Venerabilis Lucæ podoski, præpositi Gnesnen, Canonici Cracovien, Secretarijq; nri ex una, et Nobilis Lucas pierzchlinski parte ex altera, Recordum à tenuit, juribus et districtibus suis juribusq; propriis, et suæ jurisdictioni mæ Gntis se et bona sua, quoad actum Gntem incorporan palam, libere et per expressum recognoverunt. Conuenisse inter eos recto Contractu de arenda bonorum præpositurae Gnesnen. Venlis Lucæ podoski, in hunc videlicet, qui Dignitus modum. Quia Gnominatus plenipotens Generosus Stanislaus Milloszewsky eidem Nobili Lucæ pierzchlinski arendavit prout Gntibus arendat villas Mychowo et Gozdowo, ad præpositura Gnesnen perti nen, et in districtu positas. Cum oibus et singulis earundem villarum reditibus proventibus, censibus, fructibus, et quali attinentiis et pertinentiis universis, nullo excepto vel præ seruato præfato Lucæ podoski reservato, ita, quod ea dem villas ipsas idem Venlis Lucas podoski præpositus Gnesnen; teneat possideatq; arendam emsmodi à proximo Venturo festo Dni Joannis Baptistæ, qui erit, vi: gesimus quartus Junij; in anno Gnti millesimo, quingentesimo, sexagesimo nono inclusive, eamq; ad aliud festum Sancti Joannis Baptistæ in anno proxime Venturo, et sic deinceps, ab anno ad annum

vsq3 ad quatuor annorum sese mediate segnentium
decursum continuan. Ratione cuius quidem
Arenda prenominatus Nobilis Lucas pirgellen.
sis, Summá octingentorum florenorum pecu.
nie, monete et numeri Regni mei, anno quolibet
pro quolibet Natiuitatis Domini festo, eidem
Rndo Luce podolsi soluere ac numerare tenebitur
Solutione cuiusmodi ad tempus sen festum supra
Scriptum Natiuitatis domini qui erit decimus
quintus decembris, in anno quinti Sexagesimo nono
incipien, Ceipit de integro singulis sequen annis usq3
ad debitam arendam expletionem. Hic etiam
conditionibus specialiter expressis, minimum quod
idem Arendator omnia onera eiusdem prepositure
Quesquen ferre ac sustinere tenebitur, Census etiá
presentq3 ex bonis supra dictis eiusdem prepo.
siture. Omnesq3 debitos, tam Sacerdotibus
quam aliis ministris ecclesiarum, qui circa
ecclesias semper permanere debebunt iuxta
antiquam consuetudine, Tum etiam fabrice
et Contribentium quotiens constituta fuerit,
de suo citra summa prefata minutorum
exsolucre debebit, Edificiaq3 omnia et Sin.
gula antiquitus constructa, in ecclesiis, curiis
et aliis bonorum eorundem sarta tectaq3
habebit, et suo proprio sumptu reparabit.
Et siquid de nouo edificarerit, idq3 per
subditos construi et edificari non possit id,
totum, quicquid in parata pecunia expositu
fuerit, Lucas pirgellinsis et Lucas podolsi,
debitores dnorum amicorum deside subierunt
circa solutionem Summe arende defalcan.
Limites quoq3 eorum bonorum et incolas eden
ab omnibus iniuriis, impetitionibus et quibus.
vis impedimentis fortiu nitidentibus, ipse
Arendator diligabit et tenebitur, eadq3

omnia sua propria impensis facere debebit, ci-
tra summa predicta imminutionem, cuius
summa integram solutionem ipse Nobilis
Lucas pierzchlinski vel successores illius
prænominato Rndo Luca podoski, debi-
tis et allegationibus adratas expe-
rius expressas denegare et procrastinare
non potuit et se subtribus abremouiat
Ipsos etiam subditos bonorum dictorum
multis insuetis oneribus, laboribus, datiis,
minuibe idem Arendator opprimat, cogi
ad labores et alia onera obeunda, non alibi
transmain ad predialia vbi morantur re-
pellere debebit. Ex eisdemq predictis
subditi ipsatarum villarum tenebuntur et
erunt astricti, cum fermentis omnibus ad
ad Cimtatem, posnaniem, Czyrden, Gnesnen.
pisdren, et Bidgostien et non alibi deferre.
Quascunq autem pecora et pecudes, idem
Lucas pierzchlinski, durante Arenda ipsata
subditis seu frolis earundem villarum
plocardis agris dederit, id totum circa
expiationem aurende eidem Luce pierz-
chlinski ex arbitrio eiusdem Rndi Luce
podoski præpositi Gnesnen. restitui debet.
Si vero nobilem Lucam pierzchlinski, predicta
Arenda eiusmodi expiraverit, mori contigerit.
successores ipsius pierzchlinski Arendam
prefatam, ad tempus supra expressum
continuabunt. Et prefatus vero Rndus
Lucas podoski, ei maioris dignitatis
assecutione, beneficium forsan durante
Arenda eiusmodi dimittere dehuerit, aut
aliquo modo vacaverit, extunc Rndus
Lucas podoski, præpositus Gnesnensis

debet suam curam et solicitudinem omnem adhi-
bere, vt arenda p̃dicta eidem Arendatori
ad tempus prascriptum teneatur. Si vero
non teneretur, debet idem Rudus Lucas
podoski, medium seu decisionem facere, ne
aliquod damnum seu detrimentum idem Lucas
pierzchlinski exinde daret seu patereture. Et
Silua in eisdem bonis p̃dictis conservari integre
conservare debent, neq̃ vlli, tantum ad neces-
tatem p̃diorum et Subditorum earundem villa-
rum. Quemquidem contractum, omnesq̃ et Sin-
gulas conditiones in eo content. vtraq̃ par-
tium p̃nominatarum, libere ac deliberate
in se bonaq̃ sua omnia, ac suos Successores
reciperunt, eisq̃ et omnibus conditionibus in
eo expressis, memoratæ vtraq̃ partes quilibet
pro interesse suo in omnibus p̃metis &
articulis satisfacere debebunt et teneabuntur.
p̃sent et futuris Se Successoresq̃ suos in-
scribunt et obligant. Sub Quadringentorum
octingentorum florenorum pecunia numerata
polonicalis, qui quidem Nobilis Lucas pierz-
chlinski personaliter stans, eadem bona non
alio iure se tenere et possidere, nisi iure
arendæ Ligore p̃nte inscriptionis. pro
qua Summa pecuniali Arenda præfata
idem Lucas pierzchlinski, ac pro conditio-
nibus in eadem inscriptione contentis citatus
aut dena pars conditiones in contractu no-
tenus seu omnes seu Dnam aut alteram
ex eis per partem ea tenentem, citata in
judicium seu officium quodcunq̃ Regni, tam
terrestre, quam Castrense, extunc in primo ter-
mino tali peremptorio, stare, deberet et teneb-
fatere a judicio seu officio quocunq̃ ad quod

citatus dimissus fuerit, non rendere, hi-
nebitur terminum ipsum peremptorium
nullis dilationibus, diffugiis ac impedi-
mentis differendo ac evadendo. Imo prius
ni diffugium et subsidium sua causa sibi
assumere vellet, assumendo, eo ipso causa
sua amittere debet, Ut autem id eo magis
ratum ac firmum esset, petierunt hanc sua
libera recognitionem et contractum pfatum
omnesq illius supascriptas conditiones
a nobis approbari. Quod quidem nos nra
Regia authoritate pdictis literas fa-
cimus. Decernen recognitionem et contractu
pfatum omniaq ni ab contenta vobis
debita firmitatis obtinere debere. In cuius
rei fidem etc. Datum Zrblini ni Cornetis
Regni nri. gnali dei Vigesimia Secunda
mensis Junij. Anno domini 1569
Regni vero nri 40.
Franciscus Cassinelli
R. Cancellarius

Ita est Remisdem.

Confirmatio Plebiscati oppidi Jaroslaw

IN Nomine domini amen. Ad perpetuam ri
memoriam. Regum et Principum Virtus
in tempora perpetua illustratur, cum
fidelium Subditorum meritis meritis con-
sulunt, prospiciuntq, Cumq illos iustitia
dirigit, et in legibus ipsorum prudent
ac tuentur, Ut autem talium Regum ac
principum laus et virtus ad posteros

transferatur, solent literis ea, que tam subditis suis quam aliorum Subditorum incolis, bene ac laudabiliter pro eorum incrementis, conferent, memorie posterorum commendare. Proinde Nos Sigismundus Augustus dei gratia Rex Polonie, magnus Dux Lituanie, necnon terrarum Cracovie, Sandomirie, Cuiavie, Lancicie, Siradie, Russie, Prussie, Masovie, Samogitie, Kiovie, Volinie, podlachie, Livonie, Culmen & Elbingen pomeraniaque dominus et hæres. Manifestum facimus tenore presentium universis et singulis presentibus et futuris harum noticiam habituris. Quia cum nuper essent coram nobis famati proconsul et Consules totaque communitas oppidi Jaroslaw, magnifica Zophia de Sprowa relicta Magnifici olim Joannis Christophori Comitis in Thaurogo, Castellani Volmiren vidua hereditarii esse apud illos quasdam observationes iustitia multorum perniciosas, Supplicassentque nobis, ut tempore forisfacturum singulis nui, eas ipsas observationes, consensu ad id prefata magnifica Zophia accedente abrogaremus et aboleremus, iustitiaque ipsorum conservari, benigne consulere dignaremur. Nos qui omnes Subditos, tam nros, quam alios Subditorum nrorum incolas, iusta à nobis petentes ad benignam exaudicionem gratia admittere, eorumque iustitia et incremento communi consulere solemus, justaque suis Supplicationi annuentes, commisimus ipsis proconsuli et Consulibus ac Civibus Jaroslavien prefatis, ut omnibus eiusmodi observationibus iniquis et illicitis, ni publicam ipsorum Consultationem relatis, constituerent et ordinarent ea que ad conservanda et retinenda ipsorum iustitiam, ad abolendasque ipsas iniquas observationes conducere viderentur, nobisque

tandem illa præsentarent, a nob cum ipsi alacri animo cupierint, conferrent vnanimi omnium ipsorum voto et assensu archivalos infrascriptos, eosq; nobis bene examinatos perpensos ac discussos obtulerunt, supplicantes vt illos in privilegium redigere authoritatisq; nra Regia approbare, ratificare et confirmare dignaremur. a nob igitur eadem Archivalium tenor est talis.

Actum & conclusum per Consulatum ac totam Communitatem oppidi Jaroslaviensis feria 4 narta ante festum pentecostes proxima Anno domini millesimo, quingentesimo Sexagesimo nono. Abolentes consuetudinem antehac in prandicium et gravamen nepotum, sub pretextu emendi, quod nuspiam fabricatur in civitate servata, tollentesq; omnem superfluam rerum inbecitatem, Consules una cum tota Communitate, mercatoribus vigt et Senioribus Contubernioruum decreverunt et consulverunt exmne futuris temporibus in oppido Jaroslavien perpetuo servandum. a nob Patres et Nepotes sexus vtriusq; et filio vel filia pregeniti succedere debent, loco parentum suorum mortuorum ni per ipsendis bonis omnibus mobilibus et immobilibus Ani vel Animæ, ita videlicet intelligend. a nob si filius tempore vite patris sui vel matris sue matrimonium contraxerit, vel filia nupta filia elocata fuerit, legitimaq; relicta prole vivente pater vel mater, è vita decesserit, pueri vtriusmodi tam filij quam filiæ mortuo Ano vel Animæ in hereditatem eorum succedent, sortiq; ac partem vnam, quam pater vel mater

corum percipere debuerat, tollunt. Defalcato tamen inprimis eo, quod pater vel mater huiusmodi liberorum, tempore dotis sue de bonis parentum acceperat. De Nepotibus vero abemancipatis filiis vel filiabus procedentibus hoc est quorum pater vel me cum aliquo officio Consulatus vel Judicij bonis abrenunciauerint paternis vel matris eius erunt intelligendum. Tales enim in bonis Aui vel Auie hereditate vel successione minime poterunt, cum in parentes eorum si supercreuerint ex eo quia successionem abrenunciauerunt, quicquid percipierent. Nisi filii non emancipati, vel eorum heredes sen descendentes decederent, illis enim decedentibus filii emancipati vel ab eo descendentes succedunt parentibus suis et in huiusmodi successione omnibus collatis, caeteris, quantumcumque proximis, praferendi sunt emancipationi huiusmodi minime illis obstante. Si quis vero forsan contra in successione huiusmodi Nepotum commissi fuerunt error, res per iam praefinitum Statutum, minime quis actionis occasione huiusmodi successionis innouari à quoquam debebit. Tandem enim esse non in preterita, verum in futura deuinabitur. Praterea ad precludendam viam difficultatum que in oppido oriebantur vel oriri quomodolibet possent occasione rapiarum cuppellectilium uxoris mortue relicte conclusum una cum tota Communitate est perpetuo in oppido à quorumcumque Gerardum. Quod quandocumque uxor alicuius Ciuis absque liberis decesserit, relictis pueris filiis vel filiabus uno vel pluribus. Extunc paraphrena omnia, que Gerada vulgo dicitur, cuppellectilesque tota quorumque nomine veniant non ad aliquem alium nisi ad maritum et pueros ipsius eiusque

Sexus fuerint pertinere debet, aliis omnibus dicta mortua propinquis Sororibus, Cognatis penitus exclusis pariterq; tandem ab hac luce decedentibus, illud totum, vti juris est patui debet. Si vero uxor mortua prolem non reliquerit, Extunc id totum quod ad paraphernam Spectat, vel Spectare unquam poterit, quod ipsa secum in domum mariti inportavit, vel interim à se non alienavit, vel temporis longitudine contrita et consumpta non fuit, Sorori dicte mortue aut propriori in linea cognata per maritum extradatur. Alia Supellectili in auro et Argento, Clenodijs, pecunijs paratis, ac alijs omnibus rebus per eam tam in domum mariti inportatis à maxima ad minimum quæ ad paraphernam seu Geradam non pertinent, circa maritum Uxoris mortuæ remanent, pro quibus omnibus à propinquis mariti ipse nullo modo impeti debebit, verum ille maritus liberum pro libitu suo commutet nulli exinde rationem faciendo. Hoc tamen præcustodito, quod Soror illa vel cognata quæ Geradam hujusmodi debebit acceperit. Et hic quæ acceptura erit marito mortuo relinquere tenebitur, id quod ipse disponit, hoc est, lectum, Strata lecti, ac alia in nuce descripta. Illa etiam omnia quæ vir Uxori ante et post nuptias pro decore et ornatu suo emit et comparavit in auro et Argento, Vestimentis, Clenodijs, monilibus, ac alijs omnibus rebus nullis exceptis nitur paraphernâ seu Geradam vocatam computari debebunt, Verum mortua Uxore, ea omnia vir apud se tanquam propria retinebit, nec pro eis cuiquam respondere tenebitur.

Si vero maritum priusq; vxorem moui contigerit, suis extabunt pueri sui non paraphernalia omnia, ac cuppellex tota, quam cum vxor importauit tum et illa quæ maritus ante et post nuptias sibi dedit coëmit, comparauit in auro et argento, cleynodijs vestimentis, et id genus rebus apud relictam viduam. et prolem utriusq; sexus ex se adeptam extantem remanere debebunt et pro libitu eorum relictæ et prolis conuerti, Item. In declarando amore coniugali remunerandaq; fidelitate vnius coniugis erga alium, a neq; quid maritus vxori suæ aut contra vxor suo viro, vita sua tpore siue extantibus pueris. suis non extantibus. bonorum mobilium. dederit, donauerit inscripserit, reformauerit, firmum esse debebit. nec per querelam quocunq; pretextu mutari poterit. Donationes etiam mutuæ quas coniuges proles carentes inter se facere consueuerunt Ut iusta et inuicem consentaneæ inuiolabiles firmaq; manere debebunt. Ita tamq; uel maritо, vxori sua, et contra vxori ipsi marito suo proles carentibus coram officio Consulari, aut Iudicio bamito, bona omnia mobilia et mobilia, à maximo ad minimum, nullis exceptis et exclusis quocunq; nomine vocentur, quæ actu habuerunt vel habituri sunt, sui huiusmodi bona sunt et parentibus hæreditaria, ex aliquali successione quæcunq; deuoluta, sui labore propriò parta seu minime emptione dari, donare resignare per illum coniugem, qui alteri superuixerit, habere, tenere, ac hæreditariè possidere et de eis disponendum secundum eius beneplacitum absq; omni contradictione, nec per aliquem donatio huiusmodi reuocari poterit. Non itaq; dirigissimus,

Augustus Rex prefatus, consideratis omnes et singulos articulos premissos esse justos et rationabiles, Magnificæ Zophiæ de Opporva, Castellanæ Voinicensi tanquam Domine hereditarie super eosdem consentiente ipse in omnibus et singulis eorum clausulis et punctis, approbamus, ratificamus et confirmamus, approbamusq ratificamus et confirmamus, ac pro justis et rationabilibus legibus et institutis oppido jugeslamen, eisq civibus universis presentibus et futuris perpetuo observandos et concedendos damus et concedimus. Decernentes eosdem articulos supradescriptos, ac omnia et singula in eis contenta, deinceps ad futura tempora robur debite et perpetue firmitatis debeant obtinere. In cujus rei fidem et testimonium sigillum nostre presentibus est subappensum. Datum Zublini in Comitatu Regni nostri generali die vigesima sexta mensis Junij. Anno domini 1569. Regni vero nostri anno 4to. Presentibus Rmo et Reverendo in Christo patribus et Dno Francisco Cracouiensi Ep. Vincentio Cathedralis Eccl. et Reverendo.

Transportatio inscriptionis Generosi Nicolai Malochowski

Sigismundus Augustus etc. Significamus etc. Quod comparens personaliter coram nobis et aula Castellaria nostra, Generosus Alexander Zoranowski, magnus procurator Terre Zurowgen, publici, notoriique per expressa recognovit, et se a quibusdam

Ducatus Lituanie et terrarum Volinie, atq; aliis
q̃ibuscunq; et libertatibus p̃rerogatiuis q̃ omnibus
retroden, ac hinc se, bonaq; omnia, et ratione
illorum Successores suos iurisdictioni mee subij,
cien. q̃nia inscriptionem obligationis huiusmodi
Illustrem pecunie in Regno currentis debiti
Egregio Nicolao Malochowski Secretario nostro
in Villa et totalibus bonis suis Bludowo antea
coram Iudicio Commissionali Regni mei actis
eiusdem Lublinen fact. et Superabundanti
transsumpt. et pro maiori ipsius validitate
transportat, Omnis inscriptionis Cognitus te.
nor est talis. Actum in Commissione Generali
Regni Lublinen feria Secunda infraoctauas
Corporis Christi proxima. Anno domini
millesimo quingentesimo Sexagesimo nono.
Comparens personaliter coram Iudicio Sacre
Regie matis Actisq; Partibus Commissionalibus
Egregius Lublinen. Generosus Alexander
Zorawinski magnus procurator Suus Lucr.
oxgen sanus mente et corpore existens non
compulsus nec coactus, Renuncians terris di-
strictibus Ducatibus et terrarum Volinie
et palatinatibus quibuscunq; proprio et hinc
iurisdictioni Iuri se Successoresq; suos, una
cum omnibus bonis suis mobilibus et immo-
bilibus, per eum nunc et in posterum habend in corpora
et ad respondend, omniaq; infrascripta subiacend,
palam, publice ac per expressum recognouit.
quia Generoso Nicolao Malochowski Cast. Ri-
matis Secretario, eiusq; legitimis Successoribus
tria millia flor. pecunie communis numeri
et monete polonic tenetur et est debitor certi
veri et liquidi Debiti sine immixta pecu-
nia, In quibus tribus millibus flor. pe-
dicta obligauit et Pontibus suscepit et inna-
diauit, a Quo inscriptione obligat immediat
et inscribit bona sua hereditaria, videlicet
Villam suam Bludow in terra Volinen.

et districtu Lucouyen sit, cum omnibus et
singulis eisdem contingen et attinen hmi
ad festum Sancti Martini proximi ven.
turu, et à festo Sancti Martini proximo
ni dispectu Summa prefata ypotheca
et bonorum predictorum Bludow exemptoris
ad aliud simile festum sancti Martini
cui ab anno ad annu, annis se continen
et immediati seguen, vobis ad plenariam
prefate summe exolutionem, et bonorum
prefatorum exemptionem, per ipsum Gi:
nosum Nicolaum Malochowski et vicis
nosum Successores bona ffata modo missorum
scripta et obligata, modo obligatorio tenen
habend, possidend et ad usus suos Successorum
